



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Cap. VIII. An possit lex naturæ à corde hominis ableri?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

CAPUT VIII.

*An possit Lex Natura à corde Hominis
aboleri?*

Respondeo, quod non possit *L E X* Naturæ, quo ad Præcepta communissima deleri universaliter. Ita S. Thomas hic q. 94. art. 6. Eatenus tamen, in particulari operabili, deleri potest. quod per passionem, aliquando impediatur Ratio, quo minus particulari operi applicet universalia Principia. Pars prior per se evidens est, quia nemo potest negare, aut sibi aliud persuadere, quam quod Peccata sint fugienda, & quod ea, quæ secundum Rationem sunt honesta, sint amplectenda.

Pars posterior declaratur: quia illis non obstantibus, potest fieri, quod quis sciat, etiam in particulari, hanc actionem esse inhonestam, & peccatum, & tamen non velit actu considerare, ejus turpitudinem, nec ei applicare prima illa Principia, secundum quæ judicaret, eam esse vitandam id. que ut liberius eam possit exercere:

Quantum vero attinet ad Præcepta magis Particularia, & propria, potest *L E X* Naturalis deleri de cordibus Hominum, vel propter malas persuasiones contrarias, vel etiam pro-

propt
corru

Par
runt f

G E S

apud

libi E

confi
rum

Quid
dist

I V S

Nat
aut fe

non a

tium

Civili
turali

tate I
& nor

fere

Can
Natu
cum i

pro

propter pravas consuetudines, aut mores corruptos.

Patet : quia apud diversas Nationes fuerunt specialia vitia, contra particulares LEGES Naturæ, tanquam licita approbata, ut apud aliquas Furta, apud Alias Latrocinia, alibi Enecationes Parentum, quando senio conficiebantur, apud Plures cultus multorum Deorum.

CAPUT IX.

De Jure, seu LEGE Gentium.

Quid sit? Quomodo à Jure Naturali & Civili distinguatur? Quotuplex sit? Quid statuatur & an mutari & in eo dispensari possit?

JUS GENTIVM, prout distinguitur à Naturali, est, quod usu ac moribus omnium, aut fere omnium Gentium, introductum est, non autem instinctu solius Naturæ. § Jus Gentium Instit: de JURE Naturali Gentium & Civili. Atque hinc, distinguitur à Jure Naturali, quod ejus obligatio, oriatur ex voluntate Hominum, ac sit mutabile ex parte sua, & non semper omnibus, sed regulariter, & fere semper omnibus, sit commune. Can : Jus Gentium : dist. I. At Jus Naturale, est unum & idem, apud omnes, cum ipsius obligatio, ex Natura Rationali, & Natu-